



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De Tempore Conventus habendi. Tit. V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

**S**i quid autem temporis progressu Vicarius conuentusque ob iustam causam renouari mutarique oportere censuerit; id ne cuiusquam incommodo detrimente fiat. Nemoque plus oneris sustinere cogatur, quam muneris sui partes, & facultates tulerint.

**S**i quis suo tempore graui aliquo incommodo conuentum habere non poterit, is interposita Vicarii auctoritate cum alio conueniat, qui id oneris suscipiat, vicé illius ipse alio tempore subiturus.

#### DE TEMPORE CONVENTUS habendi.

##### T I T. V.

*Vbi supra.*

**C**ONVENTVS ex Synodi Provincialis primæ decreto in singulos menses semel cogatur.

**S**i qua autem in regione ob hyemis vim, vno altero mense conuocari non videbitur: id Episcopo inconsulto Tit. de paro ne fiat, quemadmodum in Synodo Provinialis, &c. §. uinciali quarta decretum est.

*Pro locoru. pg. 167.* Verum ut quam minimo parochialis curæ detimento damnoq; tam utilis conuocatio fiat, id Vicarius accurate præuidat, nè conuentus qui proximè futurus est, in aliquam solennem celebritatem incidat; quæ vel ex Ecclesiæ præcepto ubique terrarum, vel eo potissimum loci agitur, in quem clerus cogendus est. Neve in ea tempora incurrat, quæ in sacris confessionibus audiendis, sacramentis ministrandis, aliisve parochialibus actionibus ministeriisve gerendis, consumi solent, & debent.

Cuiusmodi est tota hebdomada, quæ diem Natalë Iesu Christi Domini proximè antecedit, & hebdomadæ itē duæ ante Pascha Resurrectionis, & omnis præterea hebdomada, quæ aliam insignem celebritatem antegreditur, in qua fidelium confessiones communionesque frequentiores esse solent. Eiusmodi celebritates sunt, vt pote sacri dies Pentecostes, solennitas Corporis Domini, assumptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, dies festus omnium Sanctorum, diesq; item officio pro defunctis eo loci dicatus, ubi conuentus proximè futurus esset.

Cum autem de Episcopi sententia conuentum aliquando intermitti contigerit, in ea cura euigilet Vicarius ius dominicus, vt tam salutare munus quampliū repetatur, & quidquid damni detrimentive factum est, frequentio ibus conuentibus, omniq; alia ratione resarciantur atq; instauretur. Quia in re si remissum se negligentemque præsuerit, pœnam pendat Episcopi arbitrio. Summo mane quoad eius fieri poterit, omnes singuliq; ad locum conuenient, qui in conuentu proximè indicatus est. Vicarius, eos qui serius conuenierint, seuerè reprehendat; & quos sèpè huius negligentiae reos animaduertit, eorum nomina ad Episcopum deferat.

Quicunque autem officio pro defunctis non interfuerit, solidis decem multctetur; totidem si Missæ conuentuali, quinque si præsens processioni non interfuerit.

Qui verò tam sero venerit, vt muneri, quod sibi in proximo conuentu demandatum est, præsto esse non potuerit, nummis realibus tribus multctetur.

Quam multam omnem pro contumacia culpare ratione arbitratu Vicarii diœcensi augeri liceat, ita tamen, vt nœc nummi aurici summam excedat.

#### DE VESTITV AD CONVENTUM deferendo.

##### T I T. VI.

**V**ESTITU decretis Provincialibus unicuique præscriptum, pro ecclesiastici beneficij quod quisque obtinet, dignitatise ratione singuli induant, & gestent. Si verò ob itineris difficultatem gestari non potest, certe eo loci vbi conuentus habetur, omnino induant.

Qui alium vestitū induerit gestaritve, penitus contra illos, qui eo in genere pecarint, constitutis afficiatur: nisi fortasse cuiquam ob iter longius, aliamve causam, facultas ab Episcopo permisâ sit brevioris vestis induendæ & gestandæ.

Superpelliceum item afferat, etiam si regularis sit. Id uero eiusmodi sit, vt neque sit sordeve squalleat, nec uero state obtritū sit; sed candidum, ab omnibz

Cc 3 labo